



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Ad Oenipontvm, In Coenobio Stamsiano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

phie ac Medicinæ Doctor, huius vrbis, & DD. Pro-
vinciæ Austriæ inferioris Physicus ordinarius, con-
iugi suæ desideratissimæ POS. Anno Domini M. D.
LXXXIII.

Hoc tibi, mea MAGDALENA, postquam me
deserens hinc abisti monumentum statui, tecum
quotidianus vt loquerer, nec, si mihi non respon-
des, non respondebit desiderium tui, per quod ipsa
mecum semper es: aut obmutescet memoria, per
quam nûc tecum loquor. Aue ergo mea MAGDA-
LENA; vbi enim ossa mea tuis miscuero, vterque
simul bene valebimus. Viuens vixi tecum ann. xvi.
victurus post mortuus tecum spe lætissimæ resur-
rectionis, æternitatem perpetuam.

AD OENIPONTVM,
IN COENOBIO STAMSIANO.

DN. SEVERINI DUCIS SAXONIAE
monumentum.

AERE SEVERINVS princeps hoc claudr-
tur: artes

Cum natus regis dum colit ille bonas.

Indole magnanima iam patrem equabat, auumq;

Quos celebrat summos Saxonis ora Duces.

Augustus fieri hac seatri monumenti iubebat,

Post messem vndecimam, quem tulit atra dies.

DN. SEVERINO, Duci Saxoniae, ad Henrici
patris & Alberti aui virtutem, indole pietatis ac
magnanimitatis aspiranti, patriæ in spe summa e-
repto Dn. Augustus frater P. C. Toti genti Saxoni-
cæ luctum, liberis regijs, quibuscum educabatur,


Z 5 deside-

desiderium reliquit. Vixit ultra annum XI. M. I.
D. XIII. Obijt ann. 1533, VI. Id. Octob.

INTER OENIPONTEM, ET BRIXIAM
PROPE VICVM STEINACVM.

Imp. Cæs. CAR. V. P. F. Aug. ex Hispania Ita-
liaque, susceptis imperialibus coronis aduenien-
ti: & Ferdinando Hungariæ, Bohemiæque Regi
Pannonijs occurrenti: optimis principibus, ad
perpetuam publ. lætitiæ memoriam, quod fratres
annos ante IIX. digressi; summis inter mortales
honoribus, regnis, triumphis aucti; hoc in loco sal-
vi sospitesque conuenerunt 1530.

Frid. Franlius à monte niueo, Steinaci Præto-
tus mandato regio F. C.



HELVETICA.

IN COENOBIO CHVNGHFELDENSIS
MONVMENTVM CAROLI CRASSI

*Regis Sueuiæ, pronepotis Caroli
Magni.*

CAROLVS CRASSVS Rex Sueuiæ, Prono-
pos Caroli Magni, Italiam potenter intra-
uit, eamque deuicit: imperiumque Romæ
num, ybi Cæsar coronatus, obtinuit; ac mortuo
fratre suo Ludouico, vniuersam Germaniam &
Galliam iure hæreditario acquisiuit. Demum ani-
mo, mente & corpore deficiens, ab imperio, lætæ
magno cum fortunæ ludibrio, deiectus, à suis om-
nibus postpositus humili hoc in loco sepultus iacet.
Obijt anno Domini 888. Idib. Ianuar. in cuius
memo-